

*Quodnam  
erit enim 1888*

sint : 1) filii eorumve descendentes ; 2) parentes ; 3) fratres eorumve descendentes ; 4) avi ; 5) fratres et sorores parentum eorumve descendentes ; alioqui aliis proximus consanguinens ; 6) post omnes fiscus. <sup>1</sup>

**Representatio** admittitur ex jure communi tum in linea recta tum in linea collaterali et sine ulla limitatione. Quando autem omnes haeredes sunt in eodem gradu consanguinitatis quoad defunctum, secessio fit **PER CAPITA** ; e contra quando haeredes sunt in diverso gradu, successio fit **PER STIRPES**. <sup>2</sup>

**215-218b.** — **Partitio haereditatis** fit ab administratore juxta leges uniuscujusque Status. Sed ut æqualitas inter haeredes servetur, ordinarie imponitur **collatio** : cui applicari debent ea quæ dicta sunt n. 216.

**222b.** — Attamen in aliquibus Statibus habetur **restrictio** quædam **facultatis testandi**. Hinc si testator relinquat superstititem uxorem, aut prolem, aut parentem, pia legata non debent excedere  $\frac{1}{4}$  bonorum in IOWA ;  $\frac{1}{3}$  in CALIFORNIA, GEORGIA et MONTANA, et  $\frac{1}{2}$  in NEW-YORK et WISCONSIN. — IN LOUISIANA, si habeatur superstes proles una, pater vel mater, pia legata non debent excedere  $\frac{1}{2}$  bonorum ; si habeantur duæ proles, non debent excedere  $\frac{1}{3}$ , et si tres proles habeantur superstites, non debent legata pia excedere  $\frac{1}{4}$  bonorum : legata autem quæ excedunt quotam partem, non sunt eaduca, sed ad partem lege assignatam reduci debent. — Tandem in MISSISSIPPI, legata pia, quæ fiunt ex bonis immobilibus aut ex pecunia per talium bonorum venditionem obtenta, declarantur nulla. <sup>3</sup>

**223b.** — *Jure autem americano, inhabiles declarantur tantum minores et uxores.* — Attamen quoad minores notandum est haberi modificationes pro diversis Statibus. Hinc in ALASKA, ARIZONA, DELAWARE, INDIANA, IOWA, KENTUCKY, MAINE, MARYLAND, MASSACHUSETTA, MICHIGAN, MINNESOTA, MISSISSIPPI, NEBRASKA, NEW-HAMPSHIRE, NEW-JERSEY, NORTH CAROLINA, OHIO, OKLAHOMA, PENNSYLVANIA, VERMONT, WEST VIRGINIA, WYOMING, non porsunt testamentum condere illi qui nondum ætatem vigesimi primi anni adepti sunt.

1. Lehmkühl, I, n. 1387.
2. Konings, n. 905.
3. Hubbell, Legal Directory ; Slater, I, p. 570.